



Svmma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Ivris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

LXXXI. Differentia 7. Secundùm leges affinitas contrahitur ex legitimis
nuptijs etiam sine copula.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

DIFFERENTIA 7.

Secundum leges affinitas contrahitur ex legitimis nuptiis etiam sine copula. *l. Non facile. §. affines. π. De grad. affm.* secundum Canones vero etiam ex illicito concubitu. *c. Per tuas. De probat. c. Præterea. De sponsal. Io. Bapt. à S. Blasio.*

42. Galvan. 35. Canisius 34.

Affinitas est propinquitas duarum personarum, quarum una cum sanguinea alterius copulam habuit, iuxta *Glossam* receptam in arbore consanguin. Qua in re copula licita & illicita parificatur, modo perfecta sit, semine nimirum recepto in vase connaturali. Nec sufficit coram Deo violatio virginitatis, nec qualibet alia turpitudine, nec actus sodomiticus iuxta communem opinionem, quam *S. Thoms. Palud. & Antonius* explicant. *Ita Navar. c. 22. n. 42.*

Vnde manifestè sequitur, differentiam permagnam esse inter Ius sacrum, & profanum, si secundum leges etiam sine copula per solum matrimonium contractum affinitas nascitur. Sufficiet enim matrimonium ratum, quamvis ab omni usu coniuges abstineant. *Modestinus in l. Non facile §. 8.* Sciendum est, aut, neque cognationem neque affinitatem esse posse, nisi nuptiæ non interdictæ sint: & quod mireris, in *§. preced. gradus affinitatis nullos esse.* Quod si verum, erit nova differentia hæc à Iure Ca-

nonico, quod intra quartum gradum affinitatis matrimonium nullum approbat, & eam, quæ ex fornicatione oritur, intra biennium constringit. *Conc. Trib. Sess. 24. c. 4. De reform. Matrim.*

II. Cur autem Ius civile gradus affinitatis non numeret, sicut Ecclesia, Canisius putat idè fieri, quia inter affines nulla hæreditaria successio est. *l. affinitatis 7. π. Communia de success.* Et idcirco nec matrimonij prohibitio est, nisi inter eos, qui parentum, aut liberorum loco sunt, ut inter privignum, & novercam, inter privignam, & vitricum Item inter nurum, & focerum, inter generum & soerum, idque reverentiæ causâ: *§. affinitatis. Instit. De nupt. l. Adopritis. §. Natus videamus. π. De ritu nupt. Covarr. l. 4. Decretal. p. 2. c. 6. §. 7. m. m. 6. Sanso De Matrim. l. 7. Disp. 67. n. 2. Filliut. Tr. 10. c. 6. n. 215. Zerola Par. 1. v. affinitatis.*

2. & 7. Matrimonium. §. 13.

* * *